



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. xl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De mortuis non baptizandis. Cap. XXXVII.

Ex cōcil. Cartha-
gi. cap. 6. **C**Auendum est, ne mortuos etiam baptizari posse fir-
trum infirmitas credat, quibus nec Eucharistiam do-
re animaduertat.

*De subito obmutescente, si testes habuerit,
baptizando. Cap. XXXVIII.*

Ex cōcil. Arusi-
co, ca. 11. **S**ubito obmutescens, prout statutū est, baptizari, & pe-
nitentiam accipere potest, si voluntatis praterite
stimonium aliorū verbis habet, aut præsentes in suo mu-

*De his qui apud hæreticos baptizantur in nomine
sanctæ trinitatis. Cap. XXXIX.*

Ex cōcil. Roma.
cap. 3. **B**aptisma vnum est, sed in Ecclesia catholica, cuius
membra effecti sumus, vbi vna fides est, vbi in nomi-
ne patris, & filii, & spiritus sancti datur. Et ideo qui apud
illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ trinitatis
fessione baptizant, & veniunt ad nos, recipiantur quidem
quasi baptizati, ne sanctæ trinitatis inuocatio, vel confes-
sio annulletur, sed doceantur integrè, & instruantur se-
cundum sanctæ trinitatis, & mysterio quod in sancta Ecclesia
netur: & si consentiunt credere, vel adquiescunt confite-
purgatæ fidei integritate, firmentur manus impositione.
Si verò paruuli sunt hebetes, qui doctrinam non capiunt,
respondeant pro illis, qui eos offerunt iuxta morem bap-
tizandi, & ita interrogentur, vt sciant quid respondere de-
beant, & sic manus impositionem accipiant.

De eadem re. Cap. XL.

Ex cōcil. Vvorma-
ciē. ca. 5. **Q**uicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomi-
ne patris, & filii, & spiritus sancti, nullo modo rebap-
tizari debet, sed per solam manus impositionem
purgandus est.

*Vt baptismus in trinitate susceptus non
iteretur. Cap. XLI.*

Ex cōcil. Cartha-
gi. cap. 1. **V**T baptismum in trinitate susceptum nō iteretur. Et
go si vobis placet, consideremus primum titulum
rebaptizatis, & sanctitatem vestram postulo, vt mentis
stræ placita producat ad descendentem in aquam, & in-
terrogatum in trinitate secundum Euangelii fidem